tati motus divisae per summam massarum, eademque in utroque corpore; sed in hypothesi, idem est, ac si M incurreret in m quiescens; ergo cum quantitas motus, qua M incurrens in m agit, sit excessus virium; celeritas post occursum erit aequalis huic excessui per summam massarum diviso, h. e. $=$lis $\frac{MC - mc}{M+m}$.

COROLLARIUM III. $\frac{MC - mC}{M+m} = (\frac{M-m}{M+m})C$ (*per axiom. 2.*) quare est $M+m : M - m = C : x$: est enim, si proportio subsistat, $Mx + mx = MC - mC$ (*per* §. 84. *algeb.*) adeoque $x = \frac{MC - mC}{M+m}$, h. e. *ut summa massarum ad earundem differentiam, ita celeritas ante occursum, ad celeritatem post occursum.*

COROLLARIUM IV. Si tam massae, quam celeritates inaequales sint, viribus communibus sive aequalibus utrinque post ictum (*ex lege* 3. *cit.*) elisis, movebuntur ambo corpora per residuum virium excessum pro ratione massarum divisum, h. e. ita divisum & massae majori vis major, minori minor secundum proportionem conveniat.

SCHOLION I. Claritatis causa singulos casus exemplis numericis illustrare expedit.

Celeritas communis post occursum

		MC	$-$	mc	:	$M+m$	
$MC = mc$.	I.	3. 4	$-$	3. 4	:	3 + 3	= 0
	Item	6. 3	$-$	3. 6	:	6 + 3	= 0
$M = m$.	II.	3. 4	$-$	3. 2	:	3 + 3	= 1.
$C = c$.	III.	4. 6	$-$	2. 6	:	4 + 2	= 2.

Si massae & celeritates sine reciprocatione in aequales fuerint, e. g. IV. 4. 8 $-$ 1.12 : 4 + 1 = 4.